

substantiā atq; virtutem. quia non est in diuinitate. vel sabelliana confusio. vel arriana discretio. vel terrena. corporalīsq; mutatio. **A**ccipe aliud scē imperator. in causa validum. sed tibi notum. Multifariam inquit. & multis modis etiam. dō locutus est in patribus. in prophetis; Et sapientia dō dixit. Mittam prophetas & apostolos; Et alii datur. sicut scriptum est. per spm̄. sermo sapientie. alii sermo scientie. secundum eundem spm̄. Alii fides in eodem spū. Alii gratia curationum. in eodem spū. Alii operatio virtutis. Alii prophētia. Ergo secundum apostolum. non solum per patre. & filium. sed etiam per spm̄ scē in prophetia; & ideo vnum munus. vna est gratia. **H**abes ergo. quia etiam sps̄ auctor est prophetarum; Apostoli quoque dixerunt. Visum est spūi scō. & nobis; Et cum dicunt visum. non solum operatorem gratie. sed etiam auctorem imperate executionis ostendunt; Sicut enim de dō legimus. Placuit dō. Ita etiam dicitur. Quia visum est spūi scō; Arbitrarius sue exprimitur potestatis; Et quomodo non arbitrarius.